

trauerit. Nam oia euentura esse q̄ cuperetis si queitē ageretis. Audituros. n̄. duobus aut tribus diebus: quibus ut hostis uenerit philippus eisdē amicū factū: quibus uero ut amicus hostē. Non. n̄. uerba firmare amicitias inquit: sed idē conferre. Conferre at̄ tam philippo quā phocensibus quā uobis: ut insolētia ac petulantia Thebanorū comprimere. Hoc multi læto aīo audiuerunt: pp̄ eam q̄ tunc nobis erat cū Thebanis dissensio. Sed qd̄ paulopost euenit? Miseri phocēses deleti sunt: eorūq̄ urbes euersæ. Vos at̄ hoc auctore atq̄ suo fore quietem agentes: ex agris oia reportare: & in tutū conferre necessitatē habuistis. Hic uero at̄ accēpi: & p̄terea inimicia aduersus Thebanos nobis remansit: gratiā uero horū factorū philippus adeptus est. Ut at̄ ita fuisse uideatis: recita mihi Calisthenis decretū: ac philippi epistolā. Nam ex his duobus oia erūt nobis māifesta. Dic DECRETVM. An ad hoc pacē fecistis uiri athenienses: an hoc uobis mercēnarius iste nunciauit? Recita nunc epistolā: quam postea philippus huc scripsit. EPISTOLA. Audite q̄ manifeste ī hac epistola sociis suis ostēdit se hęc inuitis ac dolentibus uobis offēdisse. Quāobrem si recte sapiant Thebani & thessali: hos inimicos putare debent. Mihi at̄ credere: quæ licet nō iisdem uerbis scribat: eandē tñ habent sententiam. Itaq̄ sic eos sibi obnoxios fecit: ut nihil post hac suspicionis aduersus eū susciperent: sed sese illi credere non ueterent: oiaq̄ eius fidei permittere. Ex quo factū est ut miser thebani in p̄sentes inciderint calamitates. Hic uero q̄ fautor & adiutor fuit philippi: qui falsa renūciando uos decēpit: ipse nunc thebanorū calamitates deplorat: eorūq̄ exitum: ut miserabilem enarrat: quū ipse thebanis & Phocensibus: & cæteris græcis causa fuerit malorū oīum. Te uidelicet Aeschines thebanorū angit casus: eorūq̄ te miseret: qui possessiones & bona habes: ipsorūq̄ agros colis. Ego uero gaudeo qui confestim postulatus sum ab eo q̄ ista perfecit. Sed in eiusmodi uerba icidi: q̄ paulopost fortasse magis conuenient. Itaq̄ redeo ad id quod inceperā ostendere. Horū scelera atq̄ corruptelas p̄sentū malorū causam fuisse. Nā uobis per huiuscemodi hoīes q̄ in legationibus corrupti: nihil sani renūciabant: de captis. Decēptis ēt miseris Phocensibus: eorūq̄ urbibus euersis: statim factū est: ut detestabilis thessali: & amētes thebani: amicū: patronum: & bene de se meritū philippum nūcuparent: oiaq̄ in illo uno ponerent: nec uocem cuiusq̄ audirent: q̄ contra monere uellet. Vos at̄ hęc inspicientes (q̄q̄ grauitē ferretis) pacē nihilominus seruabatis. Soli. n̄. nihil facere posse uidebamini. Et cæteri græci eodē modo ipsi quoq̄ decēpti: & ipse illorum quæ crederāt destituti: pacē itidem libenter agebant iam antea quodāmodo a philippo supati. Nā cum illyrios & triuillos: & nōnullos ēt græcorū subegit philippus: & ingentes copias sibi parauit: & quidā ex ciuitatibus græciæ sub paci licentia illū adēntes (quorū iste unus fuit) corrūpebantur: tunc oēs cōtra quos ista p̄parabat: oppugnabant. Quod si non intelligebant: alius hic ē sermo: nec ad me quidē attinet. Nā ego p̄dixi & p̄testatus sum & apud uos & apud oēs ad quos legatus sum missus: sed ciuitates ipsæ uariis morbis laborabant. Nā & ii qui rēp̄. gerebant: per uia erant corrupti & priuati ac multitudines partim nō intelligebant: partim quotidiana quiete facilitateq̄ allesti: cum hic ēt cōis morbus: nec tū ullus putaret hoc malum sibi potissimū euenturū: sed cæterorū periculis sua in tuto fore arbitrarent. tandem euenit ut populi ipsi ac multitudines pro breui quiete libertatē p̄derent. Principes uero cum alios uendere putarent: se ante oēs uenditos agnoscerent nā pro hospitibus & amicis qui tunc noīabantur cum munera capiebant: assentatores & scelesti & cætera huiusmodi (quæ admodum decet) appellari se audunt. Nemo. n̄. pecuniam dando proditoris quærit utilitatem: nec cum eaq̄ rerum quæ gratiā pecuniā tradebat potius est: in cæteris rebus agendis proditoris consilio utif (nihil enim proditore esset foīcius: sed nō est ita: non est) At cum ille q̄ dñari quærebat: rem perfecit: ipsius quoq̄ proditoris dñs factus: ac improbitatē eius cognoscens: illum odit ac reuicit. Considerate enim (nam & si rex ipsarum t̄ps̄ præterit: intelligendi tñ atq̄ cognoscendi t̄ps̄ est t̄ps̄ sapiēt) Eousq̄ Lachares amicus philippi uocabat: donec olynthum tradidit: Eousq̄ timolaus: donec thebas euertit: Eousq̄ Eudicus: & Simus Larisi: quousq̄ thessaliā philippo subiecerunt. Sed postea expulsi atq̄ abiecti & summis incommodis affecti: uniuersum orbem proditoribus impleuerunt. Quid Aristratus in Syrone? Quid perilaus in Megaris? nōne & ipsi eodem modo despecti? Ex quo manifeste intelligi potest: illū qui maxime patriam tuetur suā: & se istis plurimum opponit: eum esse qui uobis Aeschines proditoribus mercede corruptis præstat accipiendī pecuniā: facultatem & beneficio eorū qui uestris consiliis aduersantur: salutem simul ac lucrum retinetis. Nam quā uim in uobis est: iam dudum perissetis. Ac de his quæ tunc gesta sunt (q̄q̄ multa præterea dicere possem) finem facio: putans ēt plura q̄ satis est a me dicta fuisse. Cuius tñ rei iste causa est: qui tanq̄ sentinam aliquam uitiorum suorum in me superuertit: quæ necesse fuit iuniorum causa refelli. Nam uobis cæteris fortasse tedio fuit: quibus prius etiam quam uobis quicq̄ dicerem: nota fuerat huius mercēnaria locatio. Quāquam ipse quidem amicitiam & hospitalitatem ipsam appellat: & nuper quodam loco ait: me hospitalitatem Alexandri tanq̄ probrum sibi obicere. Ego tibi hospitalitatē Alexandri. Vnde: aut quō illā consecuto: nec te philippi hospitē: nec alexandri amicū nūcupare unquam: non ita desipio. Nisi forte messores ac cæteri operarii qui pecunia conducuntur: amici atq̄ hospites nūcupandi sunt. Sed non est ita: non est. At te philippi primo & nunc Alexandri mercēnarium appello: nec solum ego sed isti omnes: de quo si forte dubitas īterroga. Immo ipse ego id pro te faciū. Vtrum uobis o uiri athenienses uidetur: mercēnarius: an hospes Alexandri esset Aeschines. Audis quid respondet. Volo igitur iam ad ipsam accusationē proficisci: & res a me gestas memorare: ut licet sciens Aeschines: audiat tñ: quænam illa sint: ob quæ is qui nunc decreti mihi sunt honores: ac ēt maioribus me dignum esse ducam. Recita mihi accusationem ipsam. ACCVSATIO. Hæc sunt uiri athenienses: quæ accusator persequitur. Ego at̄ ab hoc ipso arbitrator manifestum uobis faciendū: me ad oia iuste responsurum esse: quod hūc ipsum sequens scripturæ ordinem: ad singula deinceps respondebo: nec quicq̄ eorum sponte mea præteribo. Quod igitur scripsit me uerbo & opere semper atheniensi populo profuisse paratumq̄ esse beneficere: atq̄ ea de causa me esse laudandum. Horum examen in publicis rebus esse arbitrator. His enim discussis. uera ne an

Nam
uobis
(de qui)